



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aulularia Plautina co-,||moediarum lepidissima

Plautus, Titus Maccius

[Deventer], [ca. 1517]

Beati Arnoldi ad lectorem Epigramma.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71292](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71292)

**¶ Joannes Hila Badefis
ad emptorem**



Doctus si quis adest flagitans pernoscere Plauti
Scommata doctiloqui,
Rilus, dicta, sales, genium senioris auari
Quem aurea gaza iuuat,
Quem nihil fuluum nisi (proh dolor) occupat aurum
Ut senis est animus
Plautinas modico scenas hic comparet ere
In quibus olla datur
Vis lectis plaudes, cachinnum tuq; serena
fronte statim incipies.

¶ Philefus in Plauti Aulularia

Axcipe Plautinam lector studiose fabellam
Aula cui nomen tradidit ipsa decens,
Qualia sudanti spirant opobalsama ramo
Qualia cecropie mella feruntur apis
Talia diuina mirabere dona Mineræ
Plurima non paruū schemata promit opus
Doc imperfectum fecit cariola verustas,
Quæ bona rodenti gutture cuncta vorat.
Congrua sed scripsit facundus scommata Codrus
Ne careat fine res mutilata suo

**¶ Faustus Andrelinus de
Plauto**

Ah summis infensa viris cogebat egestas
Ut traheres scabram Plante diserte molam

**¶ Beati Arnoldi ad lectorem
Epigramma.**

O Ulcis quisquis amat Latie commertia lingue
Argutosq; sales, scentia siue ioca
Plautinos capiat lusus fandiq; potentem
Quo nil facundo doctius ore nitet
Qualem succincti redolent hec scripta libelli
Scripta vel eximijs conceleberranda viris
Scilicet urbani plura hec comedia moris
Pertactat crebris confusa sensiculis
Mollia furtive Teneris non dicta reponit
Sed que vestalem non recitasse putet
Commoda multa tenet: multo fucata lepore
Pagina nec parui se didicisse putet.

Eiisdem entecasyllabon
Dollens eloquio lepore gaudet
Incultus rudibus suis tenetur
Et cum nil opus omnibus probari
Solum hic auribus eruditiorum
Et doctis placeat viris libellus
Quo nil candidius politiusq;
Ut si Pegasidum chorus sororum
Romana cuperet loqui Minerva
Isto non alio stylo vteretur
Nunc tu qui latialibus Camenis
Exposcis labri pollire limam
Non cesses recitare vel legisse
Nec istos imiteris improbatos
Qui sic vilibus accubant amatis
Scriptorum lepida orsa respuentes
Quis nil est magis aut vafrum aut ineptum
Vos vt Trinacrie lacus caueto

De Codro Urceo a quo hec perfecta e comedia hoc elegans Vergilij Porti Mutis